

**179** Agrippinae | Germanici | Caesaris.

*Veleiae rep. (XI 1167). — Agrippinae vivae positus est etiam titulus IX 2633, mortuae (praeter sepulcralem N. 180) II 3379.*

**180** ossa | Agrippinae M. Agrippae [f.], divi Aug. neptis, uxoris | Germanici Caesaris, | matris C. Caesaris Aug. | Germanici principis.

*Romae, urna magna marmorea, qua medio aevo mensurae loco utebantur, ablata dicebatur de sepulcro Augustorum: extat in Capitolio (VI 886). — Titulus positus a. 37, postquam filius Agrippinae Caligula imperium adeptus cineres eius ex Pandateria insula Romam in mausolaeum Augusti detulit (Suet. Cal. 15).*

**181** C. Caesar | Germanici Caesaris f. | hic crematus est**181<sup>a</sup>** Ti. Caesar | Germanici Caesaris f. | hic crematus est**181<sup>b</sup>** . . [Caes]ar | [Ge]rmanici Caesaris f. | hic crematus est

*Romae cippi quadrati rep. ad viam Flaminiam prope mausolaeum Augusti, nunc in museo Vaticano (VI 889. 888. 890). Tituli sepulcrales trium parvulorum filiorum Germanici, de quibus Suet. Cal. 7.*

**182** Neroni Caesari | Germanici Caesaris f., | Ti. Caesaris Augusti n., | divi Augusti pron. | flámini Augustáli, | sodáli Augustáli, | sodáli Titio, frátri Arváli, | fétiali<sup>1</sup>, quaestori, ex s. c.

*Romae rep. prope amphitheatrum Flavium (VI 915). — Titulus positus inter annum 27, quo quaestura videtur functus esse Nero (cf. Tac. a. 3, 29), et annum 29, quo iam Neroni exitium apud senatum struebatur (Tac. ann. 5, 5). — 1) Pontificatum decretum esse Neroni a. 20 narrat Tacitus a. 3, 29, errore ut videtur.*

**183** ossa | Neronis Caesaris | Germanici Caesaris f., | divi Aug. pron., flamin. | Augustalis, quaestoris.

*Romae, urna magna marmorea, descripta in Capitolio saec. XIV—XVI (ablata, ut dicebatur, de sepulcro Augusti), postea periit (VI 887). — Neronis Caesaris in insula Pontia fame necati cineres a Caligula fratre in urnam conditos et Romam advectos mausolaeoque inlatos esse narrat Suet. Cal. 15. — Avi Tiberii nomen sine dubio ideo omisum est quod ille Neronem necaverat (Mo.).*

**184** Iunia Silani [f.<sup>1</sup>, spon]sa Neronis Caes[aris]<sup>2</sup> | . . .

*Romae (VI 914 ad exemplum Cyriaci; supplevit Henzen). — 1) silanie Cyr. — 2) De Iunia, Q. Caecili Metelli Cretici Silani (cf. Borghesi opp. 3 p. 212) filia, Neronis Caesaris Germanici filii sponsa, cf. Tac. ann. 2, 43. Destinata erat Neroni iam ante annum 16 p. Chr., quo pater eius e Syria a Tiberio revocatus est propter ipsam eius cum Germanico adfinitatem (Tac. l. c.), defuncta esse videtur ante annum 20, quo Iulia Drusi Caesaris filia Neroni nupsit (Tac. ann. 3, 29).*

**185** Druso Caesari | Germanici Caesaris | filio, | Ti. Augusti nepoti, | divi Augusti pronepoti, | pontifici<sup>1</sup> | d. d.

*Troade rep., postea in Anglia (III 380). — 1) Augurem fuisse Drusum indicat Suet. Cal. 12, errans puto.*